



Lucretius à Leonsperga honestis parentibus
 natus fuit. Is ingenij fœlicitate fretus artibus
 & linguis operam dedit, & in uirum doctissi-
 mu[m] euafit. Nam trium linguarum Latinæ, Græ-
 cæ, & Hebraicæ usum adeptus, alios ad Danu-
 bium longè superauit. Postea Legibus incubuit,
 & Doctoralia insignia imperrauit. Huic eruditio-
 ni & rerum peritia & uitæ probitas accedebat. I-
 taque factum ut Imperatoris Caroli & regis Fer-
 dinandi consiliarius electus fuerit. In eo genere
 uitæ Lucretius magna autoritate uersatus, om-
 nibus gratus extitit, atque res sibi concorditas sin-
 gulari prudentia ad optatum finem perduxit. Tan-
 dem uero Ratisbonæ Anno Domini millesimo quingentesimo quinqua-
 gesimo quinto obiit, atque ibidem honesta sepultura exornatus fuit.
 Anonim.